


3 Genus supremum (quod & postremum dicitur) prædicamenti, situs est positio illa omnibus positonibus communis; cuius genera & species subalternae sunt, positio naturalis & voluntaria; species infima, accumbere, erigi: individua, hujus lapidis erectio, hic ac cubitus.

4 Genus supremum prædicamenti habitus, est ipse habitus, sive simplex illa & omnibus habitibus communis natura; complectens sub se habitum ornamenti & necessitatis, domesticum & militarem &c. tanquam species & genera subalterna; individuis proximas species, tunicatum, armatum esse; & deniq^z individua, hoc tunicatum, hoc armatum.

Sic tractavimus prædicamenta Logice, tanquam argumenta propria, hoc est, generum & specierum locos. Methodus hâc tabellâ comprehenditur.

TYPUS LIBRI TERTII.



LOGI